



11
1776, 19.
QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
IN PROCESSV EXECVTIVO
PER REMEDIUM EX L. SI
CONTENDAT EXCEPTIONES TEMPORE
NON PERITVRAE IN IVDICIVM
DEDVCI POSSINT?

P 488
Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XIX. APRIL. ANNO CCCCCCLXXVI.

D E F E N D E T

A V C T O R

CHRISTIANVS HENRICVS KLEMANN

S C H N E E B E R G E N S .

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



OLVANS TRI
LIBER GONTRORIUS

IN SICCESSA EXCELATIA
TER PRAEVALVNT TULI ET
CONVENTUAT EQUITATE STABO
MUNIFICENTIA IN HYGIANA
DILACI HOSIINTS

ITELATRIS I TORV HORKINIS GRVLT
135 136 137 138 139 140

D CEST ADO HOKPENHAGA
141 142 143 144 145 146 147

148 149 150 151 152 153 154

155 156 157 158 159 160 161

162 163 164 165 166 167 168

169 170 171 172 173 174 175

VIRO
AMPLISSIMO, CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO
CAROLO TRAVGOTT
GLVCK,

ACCISARVM ELECTORALIVM SAXONIC. QVAE
SCHNEEBERGAE PRAESTANTVR, INSPECTORI,
EIVSDEMQUE CIVITATIS DVMVIRO

STATIBVS C ET
VIRO
CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
CAROLO HENRICO
ANDREAE,

SCHOLAE SCHNEEBERGENSIS CORRECTORI,

FAVTORIBVS ATQVE PRAECEPTORI
MAXIMOPERE COLENDIS

HVN
LIBELLVM ACADEMICVM
CVM
OMNIS GENERIS FELICITATIS
VOTO
OMNI
QVA PAR EST
OBSERVANTIA AC PIETATE
OFFERT
AVCTOR ET RESPONDENS
CHRISTIANVS HENRICVS KLEMANN



A N
IN PROCESSV EXECVTIVO PER
REMEDIUM EX L. SI CONTENDAT EXCEPTIONES
TEMPORE NON PERITVRAE IN IUDICIVM
DEDVCI POSSINT?

 Fortuito nuper incidi in GOTTLIEB WERNERS-DORFFII dissertationem inauguralem de remedio Procuratorio ex L. si contendat in processu execu-
tivo, in qua, an per hoc remedium exceptions tem-
pore non periturae in iudicium deduci possint? dis-
quiritur, Wittebergae 1519 CCLXXIII. propositam et de-
fensam. Qua in dissertatione quam Auctor propositam
quaestionem controversem cum I. Ctos Wittebergensis
negando decidit, et hoc in primis agit, ut negatiuam hanc
suam sententiam contra I. Ctos Lipsienses, quibus contraria
affirmativa placuit, defendat. Ego vero, quoniam ea de
re alia omnia sentio, hac mihi oblata occasione, de quo-
dam iuris capite differendi, apud animum constitui, eadem
de quaestione paucis quidem exponere, sed diuerfa plane



ratione. Proponam enim argumenta, quibus dictae dissertationis Auctor sententiam suam tueri conatur, et, quantum per ingemii vires et libelli angustias licebit, disquiram, quae eis vere insi probandi vis et efficacia. Quo facto, satis luculenter, ut opinor, apparebit, I. Ctos Lipsienses analogiae iuris forensis omnino conuenienter respondere potuisse: per remedium prouocatorum ex L. si contendat omnino exceptio-nes tempore non perituras in processu executivo in iudicium posse deduci. Et quoniam hoc tantum discriminis inter dictam dissertationem et hasce pagellas intercedit, ut, quae in illa negando decisa sententia, in his affirmetur, eandem quo-que fere inscriptionem, qua ista dissertatio insignita, hic retinendam censui. Ceterum, quoniam in causis iuris con-troversis, neque legibus decisis, adeoque ex sola iuris ana-logia finiendis, cuique relictum iudicium, quid statuere ve-lit, nemo, svero, vitio mihi dabit, quod et ego in eiusmo-di causa dubia, quae mihi videantur, proponere non du-bitauerim.

S. I.

Ut vero, quanam de re potissimum nobis lis sit, eo melius possit intelligi, primum causam ipsam, quae saepe citatae dissertationi Wittebergeni vere originem dedit, in quantum nimirum hue pertinet, ex eiusdem Epiph. VI. refe-ram Ciuis Wittebergenis C. contendebat, nobilem quen-dam ex vicina quadam praetincia, sibi thaleros CCC, in pretium concilii matrimonii donasse, deinde autem eun-dem liberalitatis poenituisse, atque vi metuque coegisse, ut qua-si de accepta in mututum pecunia chirographum ei daret, ex quo documento lis intendebatur. Ut igitur C. securum se redderet, has exceptiones, donationis, et vi metuque ex-

to-

torti documenti, in litem deducebat, et per remedium provocatorium ex L. si contendat, reum ad forum suum extrahebat petebatque, ut nōbilis ille D. ad has exceptiones in Curia oppidana Wittebergensi responderet.

Senatus petitū locum dedit, et nobilem ad se citauit. Iam ad Auctorem allegatae dissertationis defensio rei in ius vocati deferebatur. Quia cum in termino petitionem actoris exceptionib⁹ fori incompetens, non rite instituti processus, cum prouocatio hic locum non haberet, et eiusmodi alii submouere et responcionem ad protocationem declinare conabatur, his effecit, vt Facultas Iuridica Wittebergensis prouocantis intentionem hac sententia reiiceret: *Dass I. F. C. fol. 1. gegen den von D. angestellte Provocation nicht statt hat. Würde nun, &c.* Subiectae sententiæ rationes: *Dieweil I. F. C. den von D. fol. 1. ex L. Si contendat provociret, dieses aber, da die in der Provocation wider des von D. Ansprüche angeführte Exception, keine Exceptio tempore peritura, hierüber auch altioris indaginis, und der von D. ein Documentum guarentigiatum vor sich hat, rechtsbeständiger Weise nicht geschehen mögen. BERGER in Elekt. Proc. Prou. Th. XXVI. et LII. hiernächst &c. So sind wir &c.*

Minus haec prouotanti placebant. Suspendit itaque hanc fententiam, per interpositam leuterationem, a viribus rei iudicatae, et acta ad I. Ctos Lipsienses mitruntur. Et, ecce, his alia omnia placent. Iniungunt enim reo responsionem ad libellum provocatorium his verbis: *Dass I. F. C. fol. 1. angestellte Provocation für unflatthhaft nicht zu achten, sondern es ist Provocat auf die erhöbene Provocation bey Verlust der habenden Replic, und unter der Verwarnung, dass außerdem Provocant mit seinen Aufstüchten wider Provocatens Ansprüche ge-*

8

◆ ◆ ◆

gesichert seyn solle, sich einzulassen schuldig, und darzu mit Einräumung einer völligen sächsischen Frist gebührend vorzuladen. Huic sententiae Wittebergensisbus e diametro contrariae hae additae erant rationes: Obwohl insgemein dafür gehalten werden will, als ob das Remedium Prouocationis ex L. Si contendat blos in dem Fall Platz greife, wenn, dass des Beklagten habende Ausflucht mit der Zeit ihre Kraft verliehren dürfte, zu besorgen. ESTORS Reichsproces, Tit. V. §. 33. n. 13. wenig stens hierinnen der hauptsächlichste Nutzen angeregten Rechtsmittels sich äussert, hiernächst einige Rechtslehrer in denen Gedanken stehen, dass mehr berührtes Remedium im Fall die Ausflucht altioris indaginis, und Gegenthalt ein Documentum guarentigiatum vor sich habe, keinesweges angestellt werden könne. BERGER Elec. Proc. Prouocat. Th. LII. STRYCK Introduct. in Prax. C. V. §. 2. Dennoch aber und dieweil die meisten Rechtslehrer obgedachtes Rechtsmittel überhaupt denen Beklagten gönnen und anrathen, so oft ihnen bey Gegenthalt verzögerter Klage daran gelegen, dass ihre Ausflüchte in Zeiten in iudicium deduciret, und wider Klägers Replik gesichert werden. BERGER l. c. Th. L. MENCKEN Dis. Proem. II. §. 17. 18. STRYCK l. c. §. 3. HAYME de stylo curiae L. XI. Th. §. 17. was aber von der Exceptione altioris indaginis gedacht worden, nur also zu verstehen, dass dadurch Klägers Procesus executiuus nicht behindert werde. MENCKEN d. l. §. 18. in fin. GRIEBNER ad Ord. Proc. Recogn. T. V. p. 7. welches auch allhier nicht geschehen, vielmehr ohne Eintrag desselben Provocationen nach Vorschrift der Erl. Proc. Ordn. Tit. V. §. 7. aufzuerlegen gewesen. So ist, wie &c.

§. II.

Haec vera causae facies. Totus nunc Auctor in defendenda Wittebergensium sententia contra Lipsiensium rationes



tiones occupatur. Verum quibus rationibus et quam feli-
citer hoc perfecerit, age, paucis videamus.

§. III.

Ac primum quidem quod attinet argumentum, §. X.
allegatae dissertationis, pro stabilienda Wittebergensum sen-
tentia, prolatum remedium nimirum ex L. si contendat, esse
extraordinarium, et locum non habere, si alio ordinario reus ius
suum persequi posse, secundum vulgatam iuris regulam ab V. L.
PIANO in L. 16. D. de minor. traditam, illud quidem omni-
no nihil contra nos efficere potest. Quemadmodum enim
rationibus, quibus BERGERVS in Ele&t. Proc. Prou. Th.
VIII. contra eos vitetur, qui sententiam ab Auctore funda-
menti loco positam, actiones scilicet ex L. diffamari aequae
ac ex L. si contendat, esse remedia extraordinaria, atque ade-
eo, quoad suppetat ordinaria actio, exulare, erroneam vo-
cant, CARPOVIO II. Resp. 57. n. 5. sequ. nondum ita sa-
tisfactum est, vt non multa adhuc et sane non contemnen-
da dubia contra moueri possint; (a) ita, si etiam hoc con-
cedimus, et prouocationem nostram cum BERGERO ad
remedia extraordinaria referimus, hoc tamen ne tantillum
quidem nostrae sententiae nocebit. Praeter alias enim ex-
ceptiones, quibus vulgatae regulae L. 16. D. de minor. de-
rogatur, in eo profecto omnes, quos vidi, interpretes con-

ve-

(a) Forsan de tota quaestione, quae a BERGERO l. c. late pertracta-
tur, haud male iudicavit DIETERICVS HERM. KEMMERICHIVS
in Exercit. qua capita quedam Iudicij Procuratorii illustrantur, quan-
do in eiusdem §pho VI ita dicit: vrrava actio, an imploratio officii
iudicis, condicō ex lege, vel ex morib⁹, remedium ordinarium an
extraordinarium istud appellandum sit, superacaneum fuerit disputa-
re: cum huiusmodi denominations naturam remedii band mutent,
quippe que vel ex legib⁹, vel ex usū et obseruantia est metienda,

B



veniunt, istam regulam semper cessare, quando remedium extraordinarium ordinario magis proficuum, vel certe, ut MÉNCKENIVS in Pand. ad Tit. de Restit. §. 1. monet, res dubia sit. Vtraque exceptio causae nostrae fauorabilis. Nam remedium hoc nostrum prouocatorium, quippe quo aduersarium ad iudicem meum competentem arcessere possum, ratione fori pinguius omnino ac fauorabilius aliis ordinariis esse, quilibet, vel me non monente, perspicet, ita, vt etiam BARTHIVS in Hodeg. Foren. Cap. I. §. XXII. lit. a. suadeat, vt, quoniam actor prudens, quantum fieri possit, eo allaborare debeat, vt in suum potius ad se trahat iudicium reum, quam vt illius sequatur forum, per modum potissimum prouocationis ex L. diffamari aut ex L. si contendat, hoc efficere studeat.

Quae deinde WERNSDORFIVS eodem §. X. amplius monet, actionem nimirum quod metus causa potius hic fuisse insituendam, ea profecto nihil ad nos. Ipsa enim natura actionis et exceptionis quod metus causa praecipere videatur, tunc demum actionem locum sibi vindicare, quando ex metu vere aliquid gestum, si vero tantum quid promisum, sola exceptione vtendum esse. Quod ipse quoque VLPIANVS in L. 9. §. 3. D. quod metus causa, quem locum contra nos produxit auctor, diffiteri nequit, et POMPONIUM ita statuentem allegat: *in negotiis quidem perfectis et exceptionem interdum, et actionem competere, in imperfectis autem solam exceptionem.* Quod si vero etiam largissimus essem, a POMPONII auctoritate discedere et cum Auctore VLPIANI sententiam, vi cuius, siue perfecta, siue imperfecta res sit, et actio et exceptio comperit, admitterem, hoc tamen aliquid ad destruendam nostram sententiam efficere propter ea nequit, quoniam I. Ctus ei, qui, meu adactus, aliquid pro-



II

promisit, electionem tantum, an agere, an excipere solummodo velit, permittit, minime vero agendi necessitatem ipsi iniungit.

§. IV.

Iam vbi primae nostrae sententiae factae obiectio*n*, quod nimirum prouocatio nostra remedium sit extraordinarium, ac eapropter hoc loco, vbi cum ordinariis concurrit, non admittendum, satis responsum esse arbitror, transeo ad alia. Et quidem res mihi nunc erit cum BERGERO, quem cum multis aliis Author §. XI. et sequ. in rem suam producit, qui omnes vnanimiter docent: processum executiu*m* eiusmodi esse indolis, vt nullas omnino exceptiones, nisi quae in continent*i* liquidae fieri possint, admittat. Plane, si non tam rationibus, quam auctoritatibus item finiendam putarem, statim de salute causae meae desperarem. Sed optime res nostra se habet. Quod si enim BERGERI opinionem sequi, et nulla ratione exceptionem quandam, nisi in continent*i* liquidam, contra processum executiu*m* admettere volumus, simul statuamus litem reconuentio*n*is usum in Saxonia nostra fere esse nullum. Omnis enim reconuentio versatur circa exceptions illiquidas, quoniam insanum esset, exceptionem liquidam per modum actionis in iudicium perferre, quae per se aduersarii intentioni cum effectu opponitur. Et ita patet, BERGERI opinionem, vtpote quodammodo absurdam, merito repudiari, cum ius nostrum forense alia omnia nos doceat. Neminem enim fugit, in Saxonia nostra, in primis post Ordin. Proc. Recogn. reconuentio*n*em ad solum fere processum executiu*m* restrictam esse, et in processu ordinario, vbi exceptions rite oppositae per modum reprobationis possunt deduci.



ci, iuxta ORD. PROC. REC. Tit. VI. §. 2. (b) in totum exulare. Recte quidem BERGERVS ex mente ORD. PROC. VETER. omnem exceptionum turbidarum per anticipatam reconventionem peractam deductionem illicitam esse asserit. Verum hoc fieri potuisse anticipando per separatam actionem, omnino cum BERLICHO P. I. Concl. 57. n. 92. et SCHILTERO Exerc. ad Pand. XIII. Th. 19. statuendum, quidquid etiam contradicat idem BERGERVS in Elec. Proc. Execut. Th. XLVI. ut et in Oeon. Iur. L. IV. Tit. XXI. n. 6. et SCHAVMBVRG in Princip. Prax. Iurid. Iudic. Lib. II. Cap. II. §. 2. quam meam sententiam denuo assertam yidi a RICCIO in alleg. Commeut. §. XLII. iam vero si dispositionem nouam ORD. PROC. Tit. VI. §. 1. vi cuius reconuentio non ante finitam solum, sed etiam ante coepitam conuentionem institui potest, respicimus, BERGERI eorumque, qui hac in causa cum eo faciunt, rationes omnino deserenda et alia omnia statuenda erunt. Ut paucis me expediam; Si verum hanc nostram prouocationem ex L. si contendat, reuera esse anticipatam reconventionem, quod ipse fatetur WERNSDORFIVS in dissertationis sueo §pho XVI. si verum deinde, reconventionem omnem cadere in exceptiones illiquidas, id quod supra adstruxi, et denique si verum, anticipari licere reconventionem in foris Saxonici, plane non possum perspicere, quae ratio

(b) Quae tamen iuris dispositio, quod obiter moneo, de solis exceptionibus cum conuentione connexis, aut praetermissis, aut defertis, per reconventionem dein in iudicium non deducendis, intelligenda, quem ius agendi reo aduersus auctorem suum ex causa prorsus separata ac diversa depontrum, omnino ipsi faluum maneat atque integrum, quod etiam per separatam actionem bene sibi potest vindicare, ut pluribus probatum dedit CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIUS in Commentatione de indele atque natura iudicij separati a reconventionis iudicio distincti, §. V. et IX.



ratio adsit, vt in causa praesenti actorem cum prouocatione sua a limine iudicij repellere debeamus. Etsi quidem GRIEB-
NERVS, in *Princ. Proc. Iudic. L. II. C. VIII.* §. 3. et alibi
cum BERGERO docuerat: frustra eum, qui ex chirogra-
pho aut cambio debet, creditorem suum prouocare, vt ad
exceptiones illiquidas respondeat, tamen Recogn. Ord.
Proc. in lucem edita, hanc sententiam mutauit editor nouae
editionis et loco allegato hanc notam apposuit: *Sed cum iure*
novo reconuentio etiam ante conventionem institui possit, O. R.
T. VI. §. 1. probabile est, hanc quoque prouocationem eadem ra-
tione fieri posse, add. O. R. T. V. §. 4.

§. V.

*At vero hoc pasto fraus fieret processui executiuo. Mini-
me. Nihil enim impedit haec anticipata reconuentio cre-
ditorem, quo minus ex chirographo suo executiuue agere,
folationem debiti vrgere, et omnibus commodis processus
executiu frui possit. Neque talis reconventionis anticipa-
tio cursum conventionis remoratur, sed, si conuentio finita
sit, actor in reconventione progredi non cogitur, ante-
quam conuentioni omnino satis fuerit factum, per O R D.
R E C. Tit. VI. §. 1. Quod etiam iam montuere I. Cti Li-
psienses in supra relata sententia, quando ibi ita: was aber
von der Exceptione altioris indaginis gedacht worden, nur al-
so zu verstehen, dass dadurch Klägers Processus executiuns
nicht behindert werde, welches auch allhier nicht geschehen, viel-
mehr ohne Eintrag desselben Etc. Non agimus enim hic de
quaestione: an quis per reconventionem anticipatam pro-
cessui executiuo praejudicium possit inferre? sed de ea: an
per reconventionem exceptionem illiquidam anticipando in
iudicium deducere liceat? quas duas tamen quaestiones,*



inter se diuersissimas, WERNSDORFIVS, consulto forsitan confundit. Imputet sibi creditor reconuentus, si, quum iudicium instituendo principale, a reconventionis iudicio statim se liberare potuisset, hoc non fecit, et debitorem exceptiones suas turbidas ad liquidum interea perducere passus est, quoniam hic iure suo vtendo nemini facit iniuriam. Sed ipse quoque Auctor leuitatem huius argumenti intellexisse videtur, quando in fine ḡphi XIV. totam fere causam nobis concedit, his verbis: *Nullius fere momenti est quaestio, an exceptiones, tempore non periturae, in iudicium deduci possint per reconventionem anticipatam.* Nam licet hoc per leges SAXONICAS prohibitum non esse, concedamus, reus tamen ex hac instituta actione et praeventione, ut ostendimus, nihil commodi percipit.

§. VI.

Quae tandem ab Auctore de exceptionibus tempore perituris et non perituriis, et quod illas quidem, non vero has per provocationem nostram in iudicium deducere possimus, proferuntur, multa sane grauissimaque huic asserto opponere possem, nisi hac in re BERGERVS in Elect. Proc: Prouoc. Th. L. otium nobis fecisset, quando ibi de vsu remedii nostri provocatorii hanc regulam, certa iuris ratione subnixam vsuque forensi comprobatam suppeditat: Quoties, cunctante in agendo creditore, debitoris interest, exceptionem in præsens in iudicium deduci, siue ob periculum præscriptionis, siue ob commoditatem probandi, siue quacunque alia ratione, toties eidem licet pariter, ac vtile est, alterum ex L. si contendat prouocare. Et quod cum primis debitores commode non raro hac nostra prouocatione vii possint, ostendit HENR. COCCIEVS in diff. qua adorem ad agendum inuitum exhibet, §. XIII. vbi ita:



ita: tribuitur etiam hoc beneficium (remedium puta prouocatorium) omni debitori contra creditorem. Saepe enim accidit, quod debitor securitati heredum prospicere velit, ne se mortuo exceptionum ignari circumueniantur; vel si metuat, ne sibi exceptio sua peremptoria inutilis fiat, forte, quod saltem in praesenti per testes solutionem, compensationem, vel aliam similem exceptiōnem probare possit, quod in futurum efficere nequeat. Quae verba ea propter huc repetere sustinui, quoniam casui praesenti commode possunt applicari, et causae nostrae, in hisce pagellis defensae praeclarum praestant patrocinium.



Leipzig, Diss., 1776 A-G



f

TA-706

nur 34 Stück bisher verkauft

V_D
18



7776, 19.

Q V A E S T I O
I V R I S C O N T R O V E R S I
A N
**I N P R O C E S S V E X E C U T I V O
P E R R E M E D I U M E X L. S I
C O N T E N D A T E X C E P T I O N E S T E M P O R E
N O N P E R I T V R A E I N I V D I C I V M
D E D V C I P O S S I N T ?**

P 488

Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PUBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XIX. APRIL. ANNO C I C I O C C L X X V I .

D E F E N D E T

A V C T O R

CHRISTIANVS HENRICVS KLEMANN

S C H N E E B E R G E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

